Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pendere dictis suis & factis cottidie satagunt. tantum si aure
cordis eum suscipere non renuimus. Nam scriptura diuina libertatem
nostri confirmat arbitrii dicens. omni custodia serua cor tuum. sed in
firmitatem eius apostolus manifestat dicens. dominus custodiat corda
uestra & intelligentias uestras in christo ihesu. Virtutem proprii arbitrii dd
enunciat dicens. inclina cor meum ad faciendas iustificationes
tuas. sed infirmitatem eius idem orans similiter docet. inclina inquiens
cor meum in testimonia tua & non in auaricia. & ita sunt
hec quodammodo indiscrete permixta atque confusa. ut quod ex quo pen
deat inter multos magna questione uoluatur. idem utrum quia in
itium bone uoluntatis prebuerimus misereatur nostri deus. an quia deus mi
sereatur consequamur bone uoluntatis initium. Multi enim singula
hec credentes. ac iusto amplius asserentes uariis sequentibus contrariis
sunt erroribus inuoluti. Si enim dixerimus nostrum esse bone uoluntatis. principium
quod fuit in persecutore paulo. quod in publicano matheo. quod
unus cruore ac supplicii innocentium. alius uiolentiis ac rapinis
publicis incubans attrahitur ad salutem. Si uero a gratia dei semper in
spirari bone uoluntatis principia dixerimus. quod de hachei fide.
quod de illius in cruce latronis pietate dicemus. qui desiderio suo uim
quandam regni celestibus inferentes specialia uocationis mo
nita preuenerunt. Consummationem uero uirtutum. & executionem
mandatorum domini. si de nostro deputauerimus arbitrio. quomodo oramus
deus confirma hoc quod operatus es in nobis. & cottidie oramus. & opera
manuum nostrarum dirige super nos. Hec ergo duo. idem liberum ar